Jordina et alibi ubicunque et in post ubicunque habuerit acquisiverit ac super
ipsam devoluta fuerit reformat dat donat et inscribit. Ita quod ipsa
uda bona praefata omnia in summa dotis et dottalicii simul iuncta Centum
et viginti florenorum pecuniae monetae polonicalis terebit et possidebit cum
omni iure domino ac proprietate et cum omnibus generalibus utilitatibus ibidem
nemine militi excipiendo modo via forma et consuetudine aliarum
reformationum in Regno polonicali dictus tentatum et observatarum
Inscribitque se ac suos successores idem Mathias Ordinski praesente inscri-
ptionem Castrensi Premisliensi ad acta terrestria Premisliensia ad pri-
mos vel secundos terminos terrestres Premisliensis transferre et transpor-
tare sub vacuo Centum et viginti florenorum pecuniae. Pro quo quidem va-
cuo si se ipse Mathias Jordinski vel eius posteri ad iudicium ter-
restre vel Castrensi Premisliensi Citare permiserit et permiserit ex
tunc emissa quamvis iurisdictione competente in primo Citationis termino
tanquam peremptorio stare parere respondere ac pro ipso vacuo et in eo non
recedere satisfacere debet et eius successores tenebunt et terminum ipsum
primum tanquam peremptorium nulla requisita et exquisita differentia
Motiones et appellationes nullas facientes immo nullis modis viis collationibus
dilationibus generalibus universis non utentes. Nec quicquam sibi in auxilium con-
tra praesentem inscriptionem recipientes sed et suorum successorum sub amissione
totius Causae nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante super quo Me-
moriale solutum est officio

9/III Actum in Castro Premisliensi feria Quarta post do-
minicam Quadragesimalem Reminiscere proxime Anno
domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo nono coram officio

Sliwniczki tt. Andrich

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus
Premisliensibus Nobilis Stanislaus Sliwniczki Cladifer terrae
Premisliensis Ante terrestri recedens et hinc praesenti iurisdictioni se et suos
successores incorporans ac subiicientes publice palam recognovit
se et suos successores de bonis suis omnibus teneri ac debitum
esse certi et liquidi debiti Centum triginta duos florenos
pecuniae monetae polonicalis Nobili Lucae Andrich et eius successoribus
Quos quidem Centum triginta duos florenos pecuniae monetae polonicalis idem
Stanislaus Sliwniczki se et suos successores super omnibus bonis suis
subiicit et inscribit eidem Lucae Andrich et eius successoribus dare
solvere realiter et in effectu hic in Castro Premisliensi circa acta
praesentia pro die et festo Conversionis sancti Pauli apostoli proxi-
me venturo reponere sub vacuo simili summae Centum triginta

duorum florenorum pecuniae ipso facto in dissertatione solutionis et repossitionis in
Castro eiusdem diei succumbens quod vacuum eo modo succumbitur in summa esse-
ntiali comitari debet debetque se extendere super omnia bona ipsius Stanislai
Sliwniczki. Inscribitque se ac suos successores idem recognoscens super bo-
nis suis omnibus praesentem inscriptionem Castrensi Premisliensi ad acta ter-
restria Premisliensia ante decretum unius transferre et transportare
sub vacuo simili Centum triginta duorum florenorum pecuniae. Pro qua
summa utraque tam essentiali quam vacuo in summa essentiali conversi Citatus
idem Stanislaus Sliwniczki cum suis posteris ad officium praesentis Castrensis
Premisliensis extra omissionem quoniam foro proprio in primo Citationis ter-
mino tanquam peremptorio stare respondere ac eiusdem terminum nullis dilationibus
legalibus in universum quibusvis non differre effectuque et satisfactionem
praesenti inscriptionem et obligationem pro utraque summa a officio non recedere Contra-
versiis nec exceptionibus tam actessoriis quam peremptoriis oppositionibusque
generalibus omnibus iuridicis et extrinsecis nec pena trium Marcarum et tri-
plici pena evasionis praescriptionem impedire tenebitur et se successores
suos sub simili alio vacuo coniuncti praefatae summae correspondentes
in eventum contrahentibus praemissorum et tamen quoniam se aliquibus
conditionibus praesenti inscriptioni indirecte et extrinsecus se opposuerit in
eodem termino et ex eadem actione ipso facto succumbens et decernens Motio-
nibus insuper et quibusvis appellationibus earumque prosequutionibus
se et suos successores abrenuntiantes Cavalier quicquid sibi in auxilium
receperit et eius successores receperint eo toto Causa sua amittere debet
ut solutionis praefatae vacui et vacuorum cum summa essentiali iuncti
Quo vel quibus solutis utique praesentem inscriptionem et omnibus in ea
contentis praefatus Stanislaus Sliwniczki cum suis successoribus sa-
tisfacere debet et eius successores tenebunt tamen quoniam opus fuerit nul-
la praescriptione terrestri in praemissis obstante super quo Memoriale solutum est

Rogozinski tt. Schupniczki

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Premisliensibus
Nobilis Andreas Rogozinski recedens a iure terrestri foroque com-
petente et hinc praesenti iurisdictioni Castrensi Premisliensi se et suos suc-
cessores cum bonis suis omnibus quoad actum praesentem incorporans
publice palam Renovando et reinficiendo praesentem inscriptionem in
actis praesentibus superius contentam recognovit Quia Nobili
Fiechko Schupniczki Szienkowicz et eius successoribus tenetur
et est debitus certi veri liquidi mutui debiti Centum flore-
nos pecuniae monetae et nostri polonicalis dare solvere totaliter et ple-
rie pro die et festo Nativitatis Christi proxime venturo casu vo